

Ego sum C. VALERIVS CATVLLVS

(ca. 85-55 a. Christum nātum)


Nātus sum Vērōnāe, in Galliā Cisalpīnā. Poēta sum quī Clōdiām amō eamque in meīs carminibus uocō Lesbiam. Centum sēdecim carmina mea sōlum exstant.



Ego sum C. IVLIVS CAESAR

(100-44 a.Chr. n.)

Rōmae nātus sum. Cōnsul et dictātor fui atque etiam ḍrātor, poēta et scriptor. *Commentaria dē bellō Gallicō* et *dē bellō ciūlī* scripsī. Meīs in librīs mē ipse laudō Caesarem.



Ego sum M. TVLLIVS CICERO

(106-43 A.Chr. n.)

Arpīni nātus sum. ḍrātor maximus et cōnsul fuī. Celebres ḍrātiōnēs et epistulās ēlegantissimās scripsī atque etiam dē philosophiā et dē rhētoricā.



Ego sum P. VERGILIUS MARO

(70-19 a. Chr.n.)

In uīcō Andibus ad Mantuam in Galliā Cisalpīnā nātus sum. Poēta epicus et lyričus fuī. *Aenēida* scripsī ubī Rōmam laudō, sed non finītam relinquī. Brundisiī mortuus sum.



Ego sum P. OVIDIUS NĀSŌ

(43 a.Chr.n-17/18 p.Chr.n)

Nātus sum Sūlmōne. Magnus poēta elegīacus fuī: *Amōrēs* et *Artem amātōriam* scripsī. Ob hōs librōs Augustus mē in exilium mīstī. *Metamorphōseōn librōs* quoque composū.



Ego sum Q. HORĀTIVS FLACCVS

(65-8 a.Chr. n.)

Venusiae nātus sum ē patre libertīnō. Aeolium carmen in Italiam tulī. Carmina, epōdōs, epistulās et saturās scripsī. Exēgī monumentum aere perennius.



Sum M. VALERIVS MARTIĀLIS

(ca. 40-104 p. Chr. n)

Bilbīl nātus et mortuus sum, in Hispāniā Tarracōnēnsī, sed Rōmae fui et ibi *Epigrammata multa, Xenia et Apohorēta* scripsī. Poēta fuī ingenīosus et acūtus et ācer.



Ego sum C. PLĪNIVS SECVNDS

(ca. 23 -79 p. Chr.n.)

Nouī Comī nātus et Pompēiīs mortuus sum ēruptiōne montis Vesuuī. Ērudītus et mīlitāris uir *Historiae Nātūrālis* librōs XXXVII scripsī quasī Rōmānam encyclopaediam.



Postrēmō, ecce SVLPICIA

(Augustō regnante flōruit)

Prīma et ūnica poētria Rōmāna esse dīcitur cūius carmina trādita sunt, quae inuenī possunt in tertīo librō *Corporis Tibulliānī* ubi Sulpicia amōrem cantat Cērinthum.

QVAESTIōNēS :

1. Quis est Vergilius? Quod cognōmen ei est?
 2. Vbī nātus est Ovidius? Quod praenōmen ei est?
 3. Quem amat Catullus?
 4. Quid scribit Iūlius Caesar?
 5. Vbī nātus est Vergilius?
 6. Quid scribēbat M. Tullius Cicerō?
 7. Dē quō scripsit Cicerō?
 8. Quid fert Horātius in Italiam?
 9. Quid est Vesuuuius?
 10. Vbī est Verōna?
 11. Vbī est Bilbilis?
 12. Vbī mortuus est C. Plīnius Secundus?
 13. Quot librōs *Nātūrālis Historiae* scripsit Plīnius?
 14. Quae erat Sulpicia?
 15. Quem amābat Sulpicia?



Bibliographia sélecta:

Encuentra Ortega, A., Latinum per se. *Método progresivo de latín*, Zaragoza 2011.

Orberg, H. H., *Lingua Latina per se illustrata*, Romae, [libri uarii in lucem editi annis diuersis].

Het Romeinse Rijk (kaat): <http://jvpoll.home.xs4all.nl/wdo/HISPAN.HTM>

<http://jvpoll.home.xs4all.nl/wdo/NITAL.HTM>